



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Cl. Viri Valerii Andreae Desselii In Academia Lovaniensi
Professoris Regii Erotemata Juris Canonici**

Andreas, Valerius

Coloniae, 1697

XIV. De Precariis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62934](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62934)

De Precariis.

TIT. XIV.

Jam si de fructibus, quos Clerici percipiunt ex beneficiis suis, quærat, an de illis disponere possint; dicendum est posse, & super iisdem fructibus perceptis quodlibet genus contractus rectè iniri; unde hic sequitur de Precariis.

Quid est precaria vel contractus Precariarum?

Est contractus, quo veluti precarius usufructus prædii Ecclesiastici alicui ad vitam, vel in perpetuum, aut ad longum tempus conceditur; ea lege, ut de quinquennio in quinquennium renovetur, ad perpetuam rei memoriam. Et quamvis inter precariam & Precarias quidam distinguant, ut Precaria durer ad vitam tantum, nec renovationem desideret; precaria verò etiam ultra, quinto quoquo anno renovanda; tamen veriùs est, secundum Canones non differre. Ut nihil aliud sit Precaria sive Precaria, quam jus percipiendi fructus ex prædio ecclesiastico, concessum alicui vel

*c. 1. h. r.
can. Precaria 1.
q. 2. &
can. Lög.
iniquitate 211,
q. 2.*

vel gratuito, vel certa mercede mutua
ratâ, vel in compensationem ac retri-
butionem dati beneficii Ecclesiasti-
ci.

Quid est Precarium?

a. fin. h. t.
l. i. c. 2.
D. De
Precar-
io. d. c.
fin.

Est contractus, quo alicujus rei
alicui gratis conceditur, revocandi
pro arbitrio ipsius concedentis. Dicitur
à Precariis, quia hæc non possunt ad
bitrium concedentis revocari.

De Commodato.

TIT. XV.

Nunc transit Pont. ad reliquos contractus, tam nominatos, sive re-
sponsive, sive aliter contrahantur
consensu sive aliter contrahantur
quam innominatos. Inter nomi-
natos occurrit primo loco Commodatum.

Quid est Commodatum?

Est contractus reinitus, quo res ali-
qua alicui utenda datur gratuito
lege, ut, usu expleto, ad quem tradita
est, eidem restituatur.